 Tu Pronomen quemque, | Hic pronomen quem-  
 Etore ma przy sobie Infinitivum metiri, iest Accusa- | que, quod regit Infini-  
 tivum metiri, ponitur in Accusativocasu.  
 tivi casus.

## NOTA.

[1. Exponi autem poset Accusatus ille, per Nominatum, mutato Infinitivo, in eum modum, quem praefixa particula quod, velut requirunt. ut: quisque metiatur.

2. Nominis rationem etiam Participia aliquando habent, & voces quaevis materialiter posita. ut: Perire videamus amantes. ceterum est, Legi esse Aliquam.]

## II. Regula.

Kiedy sie dwie Verba | Cum duo Verba absque  
 bez coniunctiey zlacza: | Conjunctione concur-  
 ia / tedy jedno z nich iest | runt, eorum alterum po-  
 Modi Infinitivi. iako: | nitur in Infinitivo. ut:

*Improbis est homo qui beneficium scit sumere,  
 & reddere nescit.* Plaut.

Tu dwie Verba, scity | Hic duo verba, nempe  
 sumere, bez coniunctiey scit, & sumere, absq; Con-  
 junctio

193 DE CONSTR: VERB: INFINIT: CAP: IX.  
junctione concurrunt, & ~~in~~ glaciōne /āicōnōz.  
alterum eorum, nempe nichil to iesit sumere,  
sumere, ponitur in Infinitivo iesit Infinitivi modi.  
tivo.

### EXCEPTIO.

(D)

- 1 Aliqvando per Ellipsin Conjunctionis Ut, duo Verba finita concurrunt. ut: *Fac sciam, velim ignoras mihi.*
2. Aliqvando Infinitivus ab alio Infinitivo regitur. ut:  
*Ars non est major, quām benē posse mori.*

### III. Regula.

Catus seqvens Infinitivum *Esse, Fieri, & similia*, convenit cum proximo suo catu præcedente. ut:

*Cato esse, quām videri, bonus malebar.* Sal.

*Nobis non licet esse tam disertis.*

[*Verba his similia sunt: Evado, existo, maneo, nascor: Verba passiva, Nuncupandi, existimandi, & cognoscendi: Item nomen a gestum aut statum alicuius significantia. ut:*

*Parmenonem incedere tristem video.* Terent.

*Credo illum haberī virum doctum.* ]

### EXCEPTIO.

(E)

Qvando verbum substantivum finitum cum obliquis casibus construitur, tum iidem casus etiam Infinitivo adjunguntur. ut:

*Sic te esse acri ingenio: qvia dicimus: sum acri ingenio.*  
*Item. Audiri te esse Romæ: qvia dicimus: Sum Romæ.*

### IV. Regula.

Infinitivus aliquando ponitur pro Gerundio aut Supino, [nempe per Græcismum.] ut:

*Audax omnia perpeti Gens humana, pro, perpetiendi.*

*Aspici cognosciqve dignissimum, pro, aspectu & cognitu.*

N

V. Re-

(D)

## V. Regula.

Gerundia cum Nominibus, Verbis, & Præpositiōnibus ante se construunt modo substantivorum: post se autem casus verborum suorum recipiunt. ut:

**Ante se:** *Ducendi causa: quemadmodum studiorum causā.*

**Manil:** *Omnia conando dociliū solertia vincit.*  
*quemadmodum, vincit conatu.*

**Post se:** *Æternas qroniam pœnas in morte timendum.* Lucr. ut, *timeo pœnas.*

**Addendum** partes alias erit. Lucr. ut, *addo partes.*

**Utendum est** ætate, *cito pede labitur ætas.* Ovid.  
*ut, uxor ætate.*

## NOTA.

(E) Gerundia, quæ passivè significant, nullum post se casum admittunt. ut:

— — namque ante domandum,  
*Ingentes tollunt animos.* — — id est, *ante-*  
*quam domentur.*

*Memoria excolendo, sicut alia omnia, augetur.* Quint.  
*id est, dum excolitur.*

*Alitur vitium vivitque tegendo.* Virg. *id est, dum regi-*  
*sur.*

(D)

## VI. Regula.

Cum necessitatē, vel officium significant in DUM Gerundia, Dativum personæ adiungunt: aut etiam ab-solutè sine casu ponuntur. ut:

*Pavidō fortis, cadendum est.* Lucan.

*Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.*

## VII. RE-

## VII. Regula. (E)

Gerundium in DI sape jungitur Genitivis pluralibus cuiuscunq; generis. ut:

*Reliqvorum siderum qvæ causa collocandi fuerit.* Cic.

*Utrum Antonio facultas detur agrorum suis latronibus condonandi.* Cic.

*Exacti jocandi licentiâ, diripiendiq; pomorum.*

*Aliqvod fuit principium generandi animalium.*

*Eratlus caesarum orandi cupidus.* Gell.

*Nominandi iltorum magis, qvam edendi, copia est.*  
Plaut.

*Novarum qrispe standi faciunt copiam.* Ter.

*Non tam sui conservandi causâ,* Cicero.

[*ubi, sui Genius seu pluralis est.*]

## VIII. Regula. (D)

Supina priora casum verbi sui adsciscunt, & cum verbis motum ad locum significantibus junguntur aut etiam sine calo ponuntur. ut:

*Nutricem accersitum irit.* Terent.

— — *Grajis servitum matribus ibo.* Virg.

*Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus sum.*  
Plaut.

## IX. Regula.

Posteriora supina ferè construuntur cum Adjectivis, facultatem, aut modum aliquem rei significantibus aut cum verbis significantibus motum de loco. ut:

*Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli.* Virg.

— — *sapiens, vitatu, qvidre petitu*

*Sit melius, dicet tibi.* Horat.

*Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.* Colum.

DE CONSTRUCTIONE ADVER-  
BIORUM.

(C)

## I. Regula.

Adverbia przydane bys  
wątia verbis abo parti  
cipiis. Adverbia subjiciuntur  
verbis, aut participiis  
[ad explicandas eorum circum-  
stantias. ut:

*Festina lente.*

**Tu** Adverbium lentē. Hic Adverbium lentē,  
przydane iest verbo se-| subjicitur verbo *festina-*  
*flina.*

(E)

## II. Regula.

Interdum duo vel plura Adverbia sibimetipsis sub-  
jiciuntur, ut:

*Sac circū, sis at bēnē. Cato.*

## III. Regula.

**EN** & **ECCE** Nominativum vel Accusativum ad-  
scilunt ut:

*— — en dextra fides q̄.**En gratuor aras — — — Virg:**Nora.*

Interdum additur Dativus. ut:

*Ecce tibi, qui rex populi Romani eſe concupierit. Cic.*

## IV. Regula.

**No**, adverbiū negandi omnib<sup>o</sup> modis & personis jun-  
gi potest: præterqvam Imperativo secundā personā. ut:  
*Non facio. Non fecit. Non faciam. Quasi non faciatū.*

## V. Regula.

**Ne**, Adverbium prohibendi secundis tantūm perso-  
nas latae

197 DE CONSTR. ADVER. CAP: X.  
nis Imperativi, freqventius autem Subjunctivi addi-  
tur. ut:

Terent. Ne lævi tantopere. Ne nega.

Ne conferas culpam in me,

### V I. Regula.

Optandi vel Imprecandi particulæ, ut, utinam, &c  
& conjunctivum adsciscunt. ut:

Ô mibi præteritos referat si Iuppiter annos. Virg.

### V II. Regula. (D)

Adjiciuntur Adverbia Noninibus Adjectivis, aut  
Adjectivè usurpati, intendendi vel minuendi gratiâ.  
ut:

Graviter impudentem esse oportet, qui semel verecun-  
dia fines transierit. Cic.

Sic: senes bus pueri.

Sic: Heri semper lenitas. Terent.

### V III. Regula.

Adverbia loci, temporis, quantitatis, & quæ Copi-  
am aut penuriam significant, item, *in* *stare* & *ergo* Geni-  
tivos adsciscunt, ut:

Nuquam gentium. Tunc Temporū.

Quoad ejus fieri potest. Pridie ejus diei-  
bari eloquentias sapientia parum. Sal.

### NOTA.

Pridie & postridie, præter Genitivum, Accusativum  
adsciscunt, aut Conjunctionem *Quam*, ut:

Pridie Nonas Iulii. Postridie ludos Appollinares. Cif.

[nisi qm̄ ista ad Ellipsin reserre malis.]

Postridie quam excessis e vista.

## IX. Regula.

Adverbia a nominibus derivata, primitiorum suorum constructionem sequuntur. ut:

Convenienter naturæ vivere. Cic.

Obviam ei processimur.

Quiusq[ue] plus justo non sapit, ille sapie.

Asdrubal casta propius urbem movit. Cic.

## CAP. XI.

## DE CONSTRUCTIONE PRÆPOSITIONUM.

(c)

## I. Regula.

Accusativum recipiunt hæ præpositiones.

*Ad, penes, adversus, cù, citra, circiter, extra,*

*Erga, apud, ante, secu, trans, supra, versus & intra.*

*Ultra, post, præter, propter, prope, penè, secundum,*

*Per, circum, circa, contra, juxta, inter, ob, infra. ut:*

Non datur ad Musas currere lata via.

## II. Regula.

Ablativum postulant hæ præpositiones.

*A, ab, abs, absq[ue], cum, coram, de, e, ex, præ, pro, palam,*  
*fine, tenui. ut:*

Acane non magno sæpe tenetur aper.

## III. Regula.

Quatuor hæ præpositiones, *In, sub, super, & subter,*  
Accusativum recipiunt, quum motum significant ad locum; Ablativum, quum quietem, aut in loco esse, vel fieri. ut:

*Audiam, & bac manes venies mibi fama sub imos.*

Virgil.

## 199 DE CONSTR. CONI VNCT. CAP: XII.

Sub die jacere. Horat.

Consul eqro citato subter murum advehitur. Liv.

Ferre liber subter densa testudine casu. Virg.

[Sub, super, in, subter, procul & clam sunt usriusq[ue] ]

### NOTA.

(E)

[Sic etiam procul & clam. ut:

Procul muros. Lig. Procul muro. Curt. Procul patriam. Cic.

Procul dubio. Sver. Clam uxorem. Plaut. Clam viro. id.

Tenus postponitur Ablativo: Vel si nomen plurale tantum sit, aut rem geminam significans, genitivo plurali. ut:

Collo tenus. Ovid. Cumarum tenus. Cic. Crurum tenus Virg.

Nonnunquam & Accusativo jungitur. ut: Tanaim tenus. Flac.

Daciam tenus. Flor.]

### IV. Regula.

Præpositiones, cum suos casus amittunt, adverbia  
sunt. ut:

Clam vivit: propè adest.

## CAP. XII.

## DE CONSTRUCTIONE CON-

## JUNCTIONUM.

### I. Regula.

(C)

Coniunctio aut senten- Coniunctio, ab omnibus  
tiam incipit, aut similes iaka zaczyna / ab ideo  
casus similesque modos in kie Casus, a in verbis te-  
sententia connectit. dnakie modos, 3 sobo  
zaczyna.

Aut prodesse volunt, aut delestant Poeta. Horat.

Nox & amor vinumq[ue] nibil moderabile svadent. Ovi.  
Hic Coniunctio &, con- Tu Coniunctio &, zaczyna  
jungit similes casus, nem- 3 sobo ideo kie casus, to

*Iest Nominativos, nox y pe Nominativos, nox  
amor.* & amor.

(e)

## NOTA.

1. Interdum diversa conjunguntur Tempora, aut Genitivus cum pronomine possessivo alterius casus. ut:  
*Gaudebam & mibi persulteram, fore ut omnia placarentur inter vos.* Cic.

*Meo præsidio atque hospitis.* Ter.

2. Aliquando conjunctionum abundantia est, & dicitur *polysyndeton:* aliquando defectus, & dicitur *asyndeton:* ut:  
*Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis Africus.* — — Virgil.

Et: *Corpora debilitant balnea, Bacchus, amor.*

## I I. Regula.

*Etsi, etiamsi, tamen si, quamquam, ab initio sententiae frequentius coherent Indicativo, sed in medio & fine tam Subjunctivo, quam Indicativo. ut:*

*Etsi suus cuig, modus est, tamen magis offendit nimium, quam parum.*

*Præposteros habes tabellarios, et si me qridē non offendunt.*

*Ista veritas, etiamsi jucunda non est, mibi tamen grata est.* Cic.

## I II. Regula.

*Quamvis, licet, ut, pro quamvis, Conjunctionem adsciscunt. ut:*

*Vt desint vires, tamen est laudanda voluntas.* Ovid,

## NOTA.

*Quamvis quandoque Indicativum flagitat. ut:*

*Quamvis est igitur meritū indebita nostrū: Magna tempes est in beniciale Dei.* Ovid.

## IV. Re-

I V. Regula. (D)

Conjunctiones Causales, ut, ne, quo, quin, Subjunctivum adsciscunt, & si Præsens Verbum vel Faturum præcesserit, Subjunctivus seqvens Præsentis et mporis esse solet; sin Præteritum præcesserit, Subjunctivus in Imperfecto saepius ponitur. ut:

— — tolluntur in altum,

ut lapsu graviore ruant. Claud.

No r a.

I. Similiter usurpantur interdum qui, vel quippe qui, quippe cum, & quod.

E X C E P T I O.

Post Conjunctiones causales ut &c. etiam præsens sequitur, Præterito antegresso, si actio adhuc duret: Aut contrà, præteritum antegresso præsenti, quum videlicet ad præterita respicitur. ut:

Orare jussit hera, si se ames, ut ad se venias. Ter.

Velim ita fortuna tulisset. —

(subintelligitur enim Conjunction ut.)

Ut januam clauderent, & ipsi ad fores asfisterent, imperat. Cic.

II. Observandum est, quando particula ut. locum habeat. Nempe 1. ad exprimendam causam finalem.

2. Post verba significantia voluntatem, efficientiam, jussum, & contingentiam. 3. Post particulæ intenden- di, ita, adeò, tam, tot, toties, talis tantus, eò, huc: Alijs usurpatur quid. ut:

Volo ut venias. Bene faciū quod me adjuges.

N s

III. Post

PARS. III. SYNTAXIS 202  
III. Post verba timendi, particula UT, significat ne-gativè, ne, affirmativè ut:

Metuo ut possum; Nois sie je rego nte bede mogl vczynic.  
Veresor ne palam fiat. Obawiam sie je to wynidzie na iao-wiq.

## CAP. XIII. DE CONSTRUCTIONE INTER- JECTIONUM.

### I. Regula.

Multæ Interjectiones sæpe absolutè ponuntur. ut:  
Eheu quam pingui maledicere est mihi taurum in arvo. Virg.

### II. Regula.

Hei, & Vae, Dativum adscilcunt. ut:

Hei mihi. Vae capiti tuo.

### III. Regula.

Prob, vab, & ab, regunt Accusativum, vel Vocati-vum ut:

Proh Deum atque hominum fidem. Ter.

Proh sancte Iupiter.

### IV. Regula.

Hem, & Hen, Dativum, Accusativum & Vocativum adscilcunt. ut:

Heu miserere mihi. Hem astutias. Ter.

### V. Regula.

Eheu Accusativum habet. ut:

Eheu conditionem hujus temporis. Cie.

### VI. Regula.

Hem & ohe Vocativum regunt. ut:

Ohe jam satu est, ohe libelle. Martial.

VII. Re-

## VII. Regula.

ô Exclamandi particula regit Nominativum, Accusativum, & Vocativum. ut:

ô Vir fortū atq; amicus. Ter.

Interdum omittitur, cùm lèvior est affectus. ut:  
Me cæcum, qvi hac ante non viderim.

## VIII. Regula.

ô Vocandi aut blandiendi particula, Vocativum adsciscit. ut:

ô Melibœe, Deu nobū hæc otia fecit. Virg.

Sæpius tamen ô, vocandi omittitur, ut:

Credo vos mirari, iudices. Cic.

## IX. Regula.

Exclamatioñes, querelæ, indignandi formulæ, & E. piphonemata, per Infinitivos & Accusativos effeuntur. ut:

Ab tantamnē rem tam negligenter agier!

CAP. XIV.  
DE CONSTRUCTIONE  
ANOMALA.

Qvæ Constructiones a reguli commemorati recedunt?  
Illæ, qvæ per figuram qvandam Syntaxeos dicuntur.

Qvotuplices sunt figure Syntaxeos?  
Duplices: Generales & Speciales.

Enallage, Ellipsis, & Pleonasmus.  
Qvæ sunt Generales?

Quid est Enallage?

Cùm eadem manente sententia, alia vox, seu pars orationis,

rationis a autem vox diversi accidentis, b pro altera collocatur. ut: sole recens orto, | a (dicitur *Antimeria*)  
pro, recenter. | b (dicitur *Heterosis*)

**Tacita, bona (pro, melior) est mulier semper quam lo-**  
**grens. Ter.**

*Quid est Ellipsis?*

**Est Figura, quam aliquid in oratione omittitur. ut:**

**Frimas tenet: scilicet: partes. pro virili: scilicet: parte.**

[*Huc pertinet & illa, quae vulgo per Synecochen dicitur censetur: Ethyops albus dentes: Kubet faciem. Hisuta capillos. &c. subauditur enim, quoad.*]

*Quid est Pleonasmus?*

**Est Figura, quam aliquid supervacuum orationi ad-**  
**jicitur. ut:**

**Ancilla mulier ubique locorum. Hominem neminem,**  
**Tu mihi semper es negligens.**

*Quae sunt Figure Syntaxeos speciales?*

**Zeugma, Syllepsis, Prolepsis, & Synthesis.**

*Quid est Zeugma?*

**Zeugma est, cum Verbum vel Adjectivum multis**  
**Substantivis additum, convenit cum propiore. ut:**

**socius & Rege recepto. Virg.**

— — — — — hic illius arma.

**Hic currus fuit. — — — — — Virg.**

*Quid est Syllepsis?*

**Syllepsis est, cum pluribus Substantivis verbum vel**  
**Adjectivum, in digniore accidente, adjicitur.**

*Nota.*

**Est autem dignior. (1.) Numerus pluralis, singulari.**

*Vnde*

## 205 DE CONSTRVCT. ANOM. CAP: XV.

[Unde Syllepsis numerorum. ut: *Furor iraq̄ mentem praci-  
pant. Virg.*]

Non bene cum sociis regna Venusq; manent. Ov.]

(2) Genus Masculinum dignius est Fœminino: in  
inanimatis autem rebus Neutrū genus censetur di-  
gnissimum. [Unde Syllepsis generum:

Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis. Ibid.

Et: *Regna, imperia, nobilitates, honores, dñeissia, in easu sita  
sunt. Cn.*] & denique (3) Prima persona præstat securi-  
dæ; secunda tertia, [Hinc Syllepsis personarum. ut:

Egregiam verò laudem & spolia ampla referat.

Tuq; puerq; tuus. . Virg.]

Quid est Prolepsis?

Prolepsis est, cùm toti alicui partes subjiciuntur, di-  
versis numeris aut personis, verbo non repetito. ut:

Ego vapulando, ille verberando, usq; ambo defessi-  
mus. Plaut.

[Totius nomine, etiam Universale intelligimus.]

Quid est Synthesis?

Synthesis est, cùm magis ad sensum, qvām ad verba  
respicitur. ut:

In Eunuchum suam. [pro Eunuchum Comœdiā suam].

[Huc persones, cùm nomini multitudinis, subiectur Verbum plus  
vale. ut:

Pars in frusta secante.

Turba ruunt.

Voces multitudinis sunt:

Gens, populus, plebs, pars, exercitus, atq; Senatus,

Turba, cohors, legio, concio, quisq; manus.]

## CAP: XV. DE DISTINCTIONIBUS.

Quæ sunt distinctiones Orationis?

I. Imperfectæ sententiaz sunt (1.) Incisum, seu com-  
ma, qvod

*ma*, quod notatur virgulâ [ , ]. (2) *Semicolon*, qvod locum habet, cùm sententia præcedenti qvodammodo opposita seqvitur, & notatur per punctum inciso impositum [ ; ]

11. *Perfectæ sententiæ distinctio* est (1.) *Colon*, sententiam qvidem absolvens; sed cum sequenti tamen protinus eam connectens: & duobus notatur punctis [ : ]. (2.) *Punctus*, qvi ad finem periodi scribitur [ . ].

111. *Parenthesis*, cùm aliqua interseritur sententia alteri, qvæ sine ea consistere poterat, lineisq; utrinque incurvatis clauditur. ( ) [ ].

IV. *Signum interrogationis*, notatur inverso s, & puncto ei subiecto, (?).

V. *Signum exclamationis seu admirationis*, notatur lineola erecta, & puncto ei subscripto [ ! ].

## PARS IV. PROSODIA.

### CAP: I.

#### D E Q V A N T I T A T I B U S

##### S Y L L A B A R U M .

(E)

*Quid docet Prosodia?*

Syllabarum quantitates.

*Quæ est quantitas Syllabarum?*

Quæ syllaba vel longa [ — ] vel brevis [ u ] censemur: vel euain Anceps, hoc est indifferens, modò longa, modo brevis [ ˘ ].

*Quot modis cognoscitur quantitas Syllabarum?*

Duobus modis: primò *Auctoritate*; qva exemplo aliquo

207 DE QVAN: PRIM: ET MEDIARVM. C. P. II.  
licujus probati Poëtæ syllabæ cujusdam quantitatem  
ostendimus: ut, primam syllabam in voce Divos, lon-  
gam esse ostenditur auctoritate Virgilii, dicentis;

*Discite justitiam moniti & non temnere divos.*

Secundò, ratione vel Regulæ, qvæ tamen & ipsa ex  
autoritate pendent.

*Qvib[us] Rationibus cognoscitur Syllabæ quantitas?*

1. Naturā, 2. Positione, 3. Accentu, & 4. Col-  
latione cum aliis.

## CAP. II.

### DE COGNITIONE QVANTITATIS EX natura syllabarum, Regulæ generales.

*Qvomodo ex natura syllabæ ejus quantitas cognoscitur?*

Per regulas: tum generales, de qvavis syllaba, tum  
speciales [de syllabis vel ultimam antecedentibus, sive initiale-  
bus illæ sint, sive media: vel ultima. Ad ultimam autem & monosylla-  
ba pertinent.]

*Qvot sunt regulae generales?*

I. Regula.

Diphthōgus omnis longa est. ut: Cæ-sar, cœ-na, eu-ru[m].

II. Regula.

Contractio qvævis longa est. ut:

Di-pro, Dii. mæ-lo, pro, mavolo, Tibi—cen pro, tibiicen.

## CAP. III.

### DE PRIMIS ET MEDIS SYLLABIS.

*Qvæ sunt Regulae speciales de syllabis primis & mediis?*

I. Regula.

Præterita polysyllaba in VI & SI, & ab his Supina  
in TUM,

in TUM, & SUM, penultimas producunt. ut:

<i>Amo,</i>	<i>Ama-vi,</i>	<i>Ama-tum.</i>
<i>Quiesco,</i>	<i>Quie-vi,</i>	<i>Quie-tum.</i>
<i>Quaro,</i>	<i>Quesi-vi,</i>	<i>Quesi-tum.</i>
<i>Divido,</i>	<i>divi-si,</i>	<i>divi-sum.</i>

### EXCEPTIO.

Supina in ITUM, qvæ non ab IVI veniunt, penultimas corripiunt. ut:

<i>Fugio,</i>	<i>Fugi,</i>	<i>Fugi-um.</i>
<i>Credo,</i>	<i>Credidi,</i>	<i>Credi-um.</i>
<i>Noceo,</i>	<i>Nocui,</i>	<i>Noci-um.</i>
<i>Sic: Agnosco,</i>	<i>Agnovi,</i>	<i>Agni-um.</i>
<i>Cognosco,</i>	<i>cognovi,</i>	<i>cogni-um.</i>
<i>Prater: Recenseo,</i>	<i>Recensui,</i>	<i>Recensi-um.</i>

### II. Regula.

Præteriti geminati trisyllabi, prima brevis est, unum media sequente. ut:

*Diudiuci, Tuotuodi, Ceuciudi à Cado.*

### EXCEPTIO.

Excipiuntur penultimæ in,

*Cauci-di à Cado. peope-di, a pedo.*

### III. Regula.

Genitivi plurales Primæ, Secundæ, & Quintæ Declinationis, A, E, O, in penultima producunt. ut:

*Dua-rum, Duo-rum, Die-rum.*

Dativi & Ablativi plurales in BUS, & BIS [si B non ingreditur rectum] A, E, O, penultimæ producunt. ut:

*Dea-bus, re-bus, bo-bus, ne-bus, vo-bus.*

Sed I & U corripiunt. ut.

209 DE QVANT. PRIM. ET MED. CAP: IV  
Arci  $\textcircumflex$  bus, arcu  $\textcircumflex$  bus: Præter Bu- bus, qvod producitur.

### V. Regula.

A, Characteristica primæ Conjugationis, E, Secundæ, & I, Quartæ producitur. ut:

ama - bo,	ama - re,	ama - retū.
doce - bo,	doce - re,	doce - retū.
audi - rem,	audi - re,	audi - retū.

Excipiuntur.

1. Qvando vocalis immediatè seqvitur. ut:

Doce  $\textcircumflex$  am, Audi  $\textcircumflex$  am.

2. Do qvod das - da - qvidem producit: sed aliàs dà corripit. ut: Da  $\textcircumflex$  bam, da  $\textcircumflex$  bo, da  $\textcircumflex$  rem, da  $\textcircumflex$  re. Etiam in compositione: Circunda  $\textcircumflex$  bam, circunda  $\textcircumflex$  bo, circunda  $\textcircumflex$  rem, circunda  $\textcircumflex$  re.

### VI. Regula.

E tertiae Conjugationis seqvente statim R, itemq; I, in mediis syllabis corripitur. ut: Lege  $\textcircumflex$  o rem, lege  $\textcircumflex$  o re, legi  $\textcircumflex$  o mus, legi  $\textcircumflex$  o tur, legi  $\textcircumflex$  o tote, legi  $\textcircumflex$  o mini. Sic & U, ut: Su  $\textcircumflex$  o mus, quæsu  $\textcircumflex$  o mus, volu  $\textcircumflex$  o mus.

Excipitur, E ante R, in tertia plurali perfecti Indicativi Activi, ut: Lege - runt, Lege - re: & secunda singulari futuri Indicativi Passivi, ut, Lege - ri, & Lege - re.

## CAP. IV.

### DE ULTIMIS SYLLABIS.

Qvot sunt Regulæ speciales de ultimis Syllabis?

#### I. Regula.

##### A.

Nomina in A primæ aut tertiaz Declinationis: item  
O pluralia

pluralia Neutra brevia sunt. ut:

*Musa u., Poëma u., arma u.*

Excipiuntur.

1. Vocativi a Masculinis in AS primæ vel tertiiæ declinationis longa sunt. ut: *ōÆnea-, Atla-, Caliba-, Falla-*.

2. Ablativi primæ declinationis producunt A. ut:  
*Musā-, ab Europa- & Asiatā-*.

### I I. Regula.

Verba & indeclinabilia in A. producuntur. ut: *ama-, memora-, da-, a-, infra-, supra-, frustra-, præterea-, contra-, puta-, triginta-, quadraginta-. &c.*

*Præter Eja u., Ita u., Qvia u., quæ corripiuntur.*

### I I I. Regula.

E.

*E*, in fine corripitur. ut: *Cepē u., Cubile u., corpore u., patre u., legere u., temere u., sponte u., sāpe u., ante u.*

### E X C E P T I O .

I. Græca in E primæ declinationis, & neutra pluralia longa sunt. ut: *Anchise- Euterpe- Penelope- Tempe- Mele-*.

II. Ablativi qvintæ declinationis in E. producuntur. ut: *Fide-, specie-, die-, re-, &c. & qvæ cum his componuntur, ut: hodie-, pridie-, postridie-, qvare-, &c.* Additur his & *Fame-*.

III. Imperativi singulares secundæ Conjugationis longæ sunt. ut: *Doce-, tene-, file-, rāce-*.

IV. Adverbia in E, facta ex nominibus secundæ declinationis longa sunt. ut: *Bellè-, pulchrè-, doctè-, valde-, maximè-, optimè-, pessimè-, &c.* Quibus se ad-  
jungunt

211 DE QVANT. VLT. SYLLAB. CAP: IV:  
jungunt etiam ferè -, & fermè -, & Interjectio, Ohe-  
Sed bene o & malè corripiuntur.

V. Monosyllaba in E, longa sunt. ut: e -, de -, me-,  
ze -, se -. ne -, [prohibendi particula] Præter præpositionem  
re o, Enclyticasque o, ne o, ve o & syllabicas adje-  
ctiones, pre o, ce o, te o, ut: Meapte o, hice o, tute, o.

#### IV. Regula.

##### I.

In I desinentia producuntur. ut: Gummi -, sinapi -,  
Domini -, patri -, Domus -, qui -, illi -, Legi -, dixi -, ni-  
ò Ceci u li -.

#### EXCEPTIO.

I. Indifferentia sunt, Mih i, o tibi o, sibi o, ubi o, i-  
bi o, uti o, Adverbia. Et compolita veluti o, sicuti. o

II. Brevia sunt, nisi o, quasi o, & cui o. cùm disyllabi-  
bum est.

#### V. Regula.

##### O.

In O indifferentia sunt. ut: Leo, Virgo, Duo, ambo, ego,  
lego, amo, docero, vigilando, medicando.

#### EXCEPTIO.

I. Dativi & Ablativi producuntur. ut: Domino -, lu-  
po -, scanno -.

II. Præpositio Pro - & Adverbia a Non-nibus orta  
producuntur. ut: subito -, merito -, multo -, rintò-, qvan-  
to-, salto-. Qvibus adduntur: Ergò [pro causa], adeo -, id est -,  
profectò-, ultrò-, citrò-, idcirò -.

Præter hæc brevia: citro-, modò-, dumno-, post-  
modo o. Item, Cedo, pro dic vel da: illico-.  
dunt, & imò o.

##### O 2

Indifferentia tamen sunt, quomodo, porr̄d; conjunctio, Verò & Ergò pro Igitur.

## VI. Regula.

U.

U in fine semper longum est. ut: Cōrnu-, Genu-, fū-  
du-, currū-, amatu-, risu-.

## VII. Regula.

Y, in fine breve est. ut: Molyo, ô Tethyo.

## VIII. Regula.

B, D, T, L, M.

Desinentia in B, D, T, L, M, corripiuntur. ut:

Ab o, Ad o, Caput o, Mel o, Circum o.

Excipiuntur longa, Sal-, Sol-, & Nil-.

## IX. Regula.

C. H.

In C, & H, longa sunt: ut: lac-, dic-, duc-, hic-, il-  
lic-, prob-, ab-, vah-.

Excipiuntur.

I. Hic pronomen Masculinum indifferentis est; cum adverbium hic secundum regulam producatur.

II. Nec illi, doneco, corripiuntur, ut & Imperativus Fac o.

## X. Regula.

N. R.

In N, & PL, brevia sunt. ut: lumen o. Numen o, tamen o,  
Pater o, Vir o, Cor o.

Excipiuntur.

aba hæc producuntur, ren-, splen-, qvin-;  
n-, item lien-

R. Ut

213 DE QVANT. VLTIM. SYLL. CAP: IV.  
Rut Par- cuni compositis, *Impar-*, *compar-*, &c.  
Item, *Nar-*, *lar-*, *far-*, *cur-*, *fur-*, & *fer-*.

### X I. Regula.

A S , & E S .

In A S & E S longa sunt. ut: *bonitas-*, *mensas-*, *amor-*,  
*Fides-*, *res-*, *sacerdotes-*.

### E X C E P T I O .

1. Græca in A S tertiae Declinationis, brevia sunt,  
*Arcadas-* o, *Pallas-* o.

2. Brevia sunt in E S tertiae declinationis, quæ per-  
nultimam Genitivi imparisyllabici corripiunt. ut: *se-  
ges* o, *segetum* o; *teges* o, *præses* o, *dives* o, *miles* o.

Præter, *Ceres-*, *aries-*, *paries-*, *abies-*, & *pes* cum  
compositis: ut, *Bipes* - *tripes* -, *loripes* -, *cornipes* -, *so-  
nipes* -, &c.

3. Brevis est præpositio, *penes* o.

4. Es o a verbo *Sum*, corripitur, etiam in compo-  
sitis *ades* o, *præs* o. Sed es-, ab e o do, producitur.

### X II. Regula.

I S .

Is breve est. ut: *ignis* o, *piscis* o, *matri* o, *legum* o, *le-  
gitimus* o, *bui* o.

### E X C E P T I O .

I. Producuntur Dativi & Ablativi plurales. ut, *Do-  
minus-*, *musis-*, *nobis-*. Huc refer & *Quis-*. pro *qvibus*.

II. Longa sunt: *Dū*, *glī*, *lī*, *rī*, *Samnū*. [Ex qvadam Græ-  
ca, qvæ Genitivum formant in inis & entis, ut: *Delphis*, *Simois*.]

III. Verba quartæ Conjugationis producunt se-  
cundam

PARS IV. PROSODIA C 214  
cundam singularem præsentis Indicativi. ut: *Audiu-*  
*sbū-*.

### XIII. Regula. O S.

Os longum est. ut: *Bos*- , *ros*- , *dos*- , *os* . , *o - rū* , *Ar-*  
*bos*- , *honos*- , *dominos*- .

### EXCEPTIO.

I. Brevia sunt, *Compos* o, *Impos* o, *Os* u *osfis*, *Exos* o,  
[*II. Graca in OS per omicron brevia sunt. ut:* *Delos* o, *Chaos* o,  
*Pallados* o, *Tethyos* o.]

### XIV. Regula. U S.

U S breve est ut: *Dominus* o, *tempus* o, *patribus* u,

### EXCEPTIO.

I. In U S tertiae declinationis, qvæ u in obliquis re-  
tinent, producuntur: ut. *Tellus* - , *urū salus* - , *utū* , *mus* - , *mu-*  
*rū* ; *fus* - , *fuu*. Præter *pecus* o, *udi*; *intervus* o, *utū*; *Ligus* o,  
*Ligurū*.

II. Genitivus singularis, Nominativus, Accusati-  
vus, & Vocativus pluralis in U S quartæ, producuntur.  
ut: *bujusfructus* - , *bi fructus* - , *hos fructus* - , *ô fructus*.

### XV. Regula. Y S.

YS per Y, breve est. ut: *Chelys* o, *Capys* o.

### C A P: V.

### D E P O S I T I O N E.

*Quotuplex est Positio?*

Duplex: Consonantium & Vocalium.

*Quæ est positio Consonantium?*

*Quâvo-*

Qvâ vocalem duæ minimūm consonantes, sive in eadē, sive in diversis dictionibus seqvuntur; aut una duplex.

*Quomodo inde cognoscitur syllabarum quantitas?*

Positio Consonantium vocalem præcedentem longam efficit. ut:

*Quī C Quī D PRæcipies ēSTo brevis, ûT Cito dīCTA,*

*PēRCipiāNT animi docilēS TeneāNT Qve fideles.*

### NOTA.

1. J Consonans inter duas vocales posita, instar duplicitis est. ut:

— — — — —

*Majus, Eju: Exceptis compositis. ut, multijugus, quadrijugus.*

2. Duæ etiam Consonantes initio dictionis positæ, vocalem ultimam præcedentis vocis longam plerumque reddunt: præsertim si vocalis ea pedem non finierit. ut:

*Virg. Ferte citi flamas, date telā, SCandite muros.*

*Catull. Nulla fuga ratio, nullā SPes, omnia musa.*

### EXCEPTIO.

Liquidæ Mutæ subiectæ, vocalem præcedentem, si naturâ brevis sit, anticipet reddit. ut: *Patrū a Pater.*

### NOTA.

[1. Huc pertinet & QV; ut in illo Lucretii:

— — — — —

*Fit quo QVe ubi in magnas a QVæ vastasqve lacunas.]*

2. Si vocalis naturâ suâ longa sit, ob mutant & liquidam non corripetur unquam. ut, prima in *Mātrū*, perpetuò longa est, qvia est *ἀπό τῆς μητρός*.

3. Penultimæ syllabæ, ex muta cum liquida anticipates, extra versum semper correptè proferuntur. ut: *Tenebræ*, non *Tenebrae*.

*Quæ est positio vocalium?*

*Quæ vel vocalis, vel Diphthōgus ante aliam, sive vocalem, sive Diphthongum, in eadem dictione ponitur.*

*Quomodo inde cognoscitur syllabæ quantitas?*

I. Diphthongus ante vocalem vel diphthongum posita indifferens est. ut:

o  
ſudib⁹q; præſtū. Virg.

*Qvum vacuu domino præiret Arion.*

II. Vocalis ante vocalem posita brevis est. ut:

o o o o o

*justior, justius, doctior, pius, mihi.*

[*Henim in prosodia littera rationem non habet*]

### EXCEPTIO.

I. Fio habet I longum nisi assumat R. ut:

*Fi - o, fi - ebam, fi - am: At in fioerem, fioeri, &c corripitur.*

II. Genitivi & Dativi quintæ Declinationis E, ante l, producunt. ut: *specie - i, facie - i, die - i: Præter reu i, spe u i, fide u i.*

III. Genitivi in IUS, habent I longum in soluta oratione: in carmine verò commune. ut:

— — uni - us ob iram

*Uniuers ob noxam & furias Ajacis Oilei.*

Præter Genitivum *Ali - us*, qui semper I ante US producit, alterius u I semper corripit.

## C A P . V I .

D E C O G N I T I O N E Q V A N T I T A T I S  
ex Accentu.*Quid est Accentus?*

Accentus sive tonus est pronunciandi ratio, qua syllaba alia efferendo attollitur, alia deprimitur.

*Quæ syllaba cognoscuntur ex Accentu?*

Penultimæ in polysyllabis.

## I. Regula.

Penultima in polysyllabis, cum accentu attollitur, longa est. ut: *investi - go. adū - lor. prastō - lor. dormī - ro.*

## II. Regula.

Quando accentus est in antepenultima, penultima brevis notatur. ut: *dómi - nus, mulie - ros.*

## C A P . V I I .

D E C O G N I T I O N E Q V A N T I T A T I S  
ex Derivatione.*Quomodo cognoscitur syllaba ex Collatione cum aliis?*

Siconferatur vox cum aliis vel ejusdem originis: ut in *Derivatione & Compositione*. vel diversæ: ut in *Analogia*.

*Quomodo Derivatione?*

## I. Regula.

Derivata retinent quantitatem primitivi, seu thematis. ut: *Do - minus, do - minium, do - minor.*

*Fau - ces, suffo - co, praefo - co.*

## E X C E P T I O .

I. Præterita disyllaba habent priores longas, quantumunque fuerit eadem syllaba thematis. ut:

*O s**Lin - que*

*Lin - quo, li - qui, fa uio, fe - ci, le ugo, le - gi, Cudo,  
cu - di, vi u deo, vi - di.*

Præter, *de u di, tu o li, st e u ti, st i u ti, bi u bi, sci u di,  
fi u di.* Et qvæ duabus vocalibus finiunt. ut, *ru o i,  
plu o i.*

Et per syncopen facta. ut, *I u i, pro ivi, peti u i, pro  
petivi.*

II. Supina disyllaba habent etiam priores longas. ut:  
*lu o o, lu - tum, vi u deo, vi - sum.*

Præter, *da u tum, fa u tum, ra u tum, i u tum, fi u tum,  
li u tum, ii u tum, ru u tum, qvi u tum.*

III. Quatuor hæc præterita qvæ veniunt a longis,  
etiam primam corripiunt. ut:

*Ge u nui, po u sui, po u tui, co u egi.*

IV. Sunt brevia a longis deductæ: *mamilla, curulus,  
Perfidus, atqve fides, fidius, ditio atqve butyrum.*

*Dux duci, agnitus atq; rudi, nato, arundo, ducatus.*

*Et sopor & jubeo, noto, semisopor, aruspex.*

*Atqve varix, varicosus, aristæ, mitella, qvasillus:*

*Causidicusq; , dicax, odium, pugil atq; pugillus.*

*Et fragor & fragilus, siqvide m̄qve, pacifcor, osella;*

*Dic etiam Qratio, satuusq; figilla, rigillum.*

*Dejero, cognitio, vir, pejero, apella, Qvirites.*

*Innubus atqve farina, dicare, bubulcus, Avernus.*

*Et scutulatus, arena, sagax, saga, itemq; molestus.*

*Pronubus atqve anus & solium, posuiqve & omasum.*

*Quintilianus, atrox, & Agrippa, pusillus, amarus.*

*Sic ligula & lituus, manus: adde lucerna, disertus*

*Cum strigibus, strigilus, vitium, r̄culusq; ve radumq; ve.*

V. Sunt

219 DE QVANTIT. EX COMPOS. CAP: IIX.

V. Sunt longa a brevibus: vires, humanus, & humor.  
Sedes, ceritus, jucundus, remigo, remus.  
Saturnus, renes, & rivus, & imbecillus.  
Iugera, Priamides, nitela & tragula, jugū,  
Lex legū, Cubus, Rex Regū, regula, Pætus,  
Staturus, statim, vox vocis, pusio, vomer.  
Viginti, binus, triginta, secula, trinus.  
Iunior, & nonus, vitis, stipendia, denus.  
Vociferor, Chiis, feralis, feriae, & h̄eres,  
Sicelides, rapum, vena & suspicio, nummus.  
Tegula, vocalis, laterna, & secius udus.  
Casus & prælum, legare, & macero, cune.

II. Regula.

Quando dictio aliquia sicutendo aut derivando minuitur numero syllabarum, tunc syllabæ illius, quæ penultima facta est, quantitas ex Accentu judicatur. ut:  
*Auda - cia*, [antepenultimate longa] qvia *Audax* *Auda - cis*. Impeudi - mensum, qvia *impedi - tum*, & impeudit. Miliutiā, qvia *miles*, miliutiū. Conjugium, qvia *conjurx*, conjugū.

CAP: IIX.

DE COGNITIONE QUANTITATIS SYLLABARUM EX COMPOSITIONE.

Quomodo cognoscitur syllabarum quantitas ex compositione?

Præcipue per Augmentum seu Incrementum.

I. Regula..

Composita retinent quantitatem simplicium, nisi aliqua

aliqua generalium regularum obliter. ut:

De - ci u do	ex	{ De - & ca u do.
Pra - ci - do,		Pra - & ce - do.
Suffi - co,		Sub - & fau - ces.
Pra - eu o,		Pra - & E u o.
Qva - re - ,		Qva - & re.

## NOTA.

I. Omnes Præpositiones exeentes in vocalem, ut alias, ita & in Compositione producuntur. ut:

De - pono, e - ligo, pro - duco, di - vido, se - jungo. Præter, ante u, absque u, sine u, pone u, prope u, & re u quæ corripiuntur.

II. Omnes præpositiones exeentes in unicam consonantem corripiuntur: ut, In o eo, sub u eo, super u eminet, ab u eo, ad o e/sus, Cu u alpinus, Inter u erat, ob u eſe, per u enni, præter u eo. Circum u eo.

## II. Regula.

Quantitas prioris syllabæ, in voce disyllaba, cognoscitur ex accentu post compositionem. ut:

Scri - bo, Inseri . bo, Le u go, Colli u go.

Excipitur, si - dus, a quo Insi - dus, qvidem producitur, ut & si - ducia, si - do. sed Per si u des, i corripit, ut & si u des, p u delis, fide u liter.

## CAP: IX.

DE COGNITIONE QUANTITATIS  
ex Analogia.

Quomodo cognoscitur syllabæ quantitas ex Analogia?

Si vox aliqua conferatur cum alia simili, ratione declinationis & Conjugationis, ex Accentu judicari potest, ut:

Corpus,

*Corpus Corporū, ergo & pectus pectorū.*

*Amo, amā-bam, Amā-re, Amā-re.*

*Ergo & Clamo Clamá-bam, Clamá-re, Clamare.*

*Legē-bam, Lége urem Lége ure.*

*Ergo & Rapiē-bam, Rápe urem, Rápe ure.*

### CAP: X.

## DE ANOMALIA SEU FIGURIS Orthographiæ & Prosodiæ.

*Prosthesiſ apponit capiti; sed Aphæresiſ aufert. ut:*  
*gnatus pro semnere pro*  
*natus contemnere.*

*Syncoptiſ de me dio tollit; sed Epenthesiſ indit, ut:*  
*dixi pro navita pro*  
*dixisti nauta*

*Conſona qvod gemina in medio est, dat Diplasiſmuſ,*  
*ut religio pro religio.*

*Aufert Apocopte finem; sed dat Paragoge. ut,*  
*dic pro dicier, pro*  
*dice, dici.*

*Dicitur e binis conflare Synæresiſ unam. ut:*  
*Negoti pro Negotii.*

*Rursus at in binas diſflare Diæresiſ unam. ut:*  
*Aulai pro aula.*

*Litera ſi legitur transpoſta Metathesiſ extat. ut:*  
*Ipræ pro præ i.*

*Antithesiſ dices, aliam ſi litera mutat. ut:*  
*Optumus pro optimuſ.*

*Compositæ vocis diſlectio Tmesiſ habetur. ut:*  
*Quæcunq; vocant terræ, pro quæcunq;.*

**Corripit ut steteo runt longandam Systola vocem.**  
**Ectasis Italiam producit corripiendam.**  
**Bina Synesis vocalia cogit in unum. ut:**  
**älpeo, duabus syllabis.**

M necat Echklisis, vocalein aufert Synalæpha.

*Audend' est; pro facil' est; pro  
Audendum est. facile est.*

## A P P E N D I X.

## De Pedibus & Versuum Generibus.

**Q**vandoqvidem e Poetica vulgò in Prosodiam trans-  
ferri solent qvæ de Pedibus & Versuum generibus tra-  
duntur ; ideoqve ne qvicqvam desiderare incipientes  
posint , & nos pauca de illis adjiciemus .

## Pedes usitatores:

**Disyllabi,**                                   **Trisyllabi,**

*Pyrrichius* & *Dew.* | *Tribrachis* & *Dominus.*

Spondeus - - Omnes. Molossus - - - è cælu.

*Iambus* - *o - pios.*      *Dactylus* - *o o respicit.*

Trochæus - uſalvat. | Anapæſtus uo - homines.

## Versuum Genera usitatoria,

## Genus Hexametrum.

region	1	2	3	4	5	6
--	--	--	--	--	--	--
-00	-00	-00	-00	-00	-00	-0

## Genus Pentametrum.

region	1	2	3	4	5
-	--	--	-	--	-
-00	-00	-00	-00	-00	-0

5

## Cum ista

# APPENDIX.

223

Cum ista duo genera conjunguntur alternatim, dicitur  
Genus Elegiacum.

Genus Sapphicum.

regio	1	2	3	4	5
	- 0	--	- 0 0	- 0	- 0

Cui ter posito subjici solet

Genus Adonicum.

regio	1	2
	- 0 0	--

Genus Phalæcium.

regio	1	2	3	4	5
	--	- 0 0	- 0	- 0	0

Genus Iambicum Dimetrum.

regio	1	2	3	4
	0 -	0 -	0 -	0 -
	--	0 0 0	--	0 0
	0 0 0		0 0 0	
	- 0 0		- 0 0	
	0 0 -		0 0 -	

Genus Iambicum Trimetrum.

regio	1	2	3	4	5	6
	0 -	0 -	0 -	0 -	0 -	0 -
	--	0 0 0	--	0 0 0	--	0 0
	0 0 0		0 0 0		0 0 0	
	- 0 0		- 0 0		- 0 0	
	0 0 -		0 0 -		0 0 -	

Versus tales a numero regionum dicuntur Scenarii.

# METHODUS ET SUMMA CAPITUM.

Grammaticæ partes quatuor:

{ I. Orthographia de { Literis  
{ Syllabis

C A P :	pag:
I.	5.
II.	6.

II. Etymologia de Vocabulorum	C A P :
Generalibus Accidentibus	I. 9.
Distributione in	
Flexibiles, quæ varum	
Accidentia	II. 10.
Distributio in	
Nomen, cuius	
Analogia, in qua Nominum	
Accidentia propria	
Genus	III. 11.
Declinatio	IV. 14.
Prima	V. 17.
Secunda	VI. 19.
Tertia	VII. 21.
Quarta	VIII. 28
Quinta	IX. 30.
Distributio	
ratione naturæ in	
Substantivum &	
Adjectivum, cuius	
Motio	X. 31.
Comparatio	XI. 32.
Regularis	XII. 35.
Irregularis	XIII. 38.
ratione communium	
Accidentium	XIV. 41.
Anomalia in	
Deficientibus	XV. 42.
Variantibus	XVI. 47.

[D]	[C]	[B]	C A P :	p a g :
Pronomen			XVII.	49.
Verbum, cuius			XVIII.	60.
{ Analogia, in qua Verborum				
{ Accidentia propria				
{ Forma			XIX.	60.
{ Conjugatio			XX.	62.
{ Prima			XXI.	68.
{ Secunda			XXII.	78.
{ Tertia			XXIII.	90.
{ Quarta			XXIV.	105.
{ Species			XXV.	117.
Anomalia ubi				
{ Recensita Anomala			XXVI.	118.
{ Conjugationum Anomal:				
Exempla			XXVII.	120.
Participium			XXVIII.	162.
Inflexibiles				
{ Adverbium			XXIX.	163.
{ Praepositio			XXX.	167.
{ Conjunctio			XXXI.	167.
{ Interjectio			XXXII.	169.

		C A P:	p a g:	
I	III. Syntaxis Constructionis			
	Analogæ	I.	170.	
	{ Convenientiæ	II.	173.	
	{ Rectioñis			
	Pronominum	III.	175.	
	Nominū & Verborū quorūq;			
	Flexibilium	Genitivi	IV.	176.
	{ Uniformis	Dativi	V.	179.
	{ Accusativi			
	{ Ablativi	V I.	180.	
	Diversorum casuum	VII.	183.	
	Verborum infinit: tantum	VIII.	187.	
	{ Adverbiorum	IX.	192.	
	Inflexibilium	Præpositionum	X.	196.
	{ Conjunctionum	XI.	198.	
	{ Interjectionum	XII.	199.	
	Anomalæ	XIII.	202.	
	Distinctionis	XIV.	203.	
	XV.	XV.	205.	
IV.	Prosodia, cuius	C A P:	p a g a	
	Analogia de			
	{ Quantitate syllabarum	I.	206.	
	{ Quantitatis cognitione ex			
	Natura per regulas			
	Generales	II.	207.	
	Speciales	III.	207.	
	deSyllabis	IV.	209.	
	Positione	V.	214.	
	Accentu	VI.	217.	


[G][F]		C A P:	PAG:
{ Collatione cum voce originis ejusdem, ut	Derivatione	VII.	217
{ Diversæ ut	Compositione Analogia	VIII.	219
Anomalia		IX.	220
		X.	221

## Appendix de *pedibus & versuum generibus.*

### A N A L Y S I S

Etymologica in vocibus flexilibus eo ordine est instituenda.

Qualisv ox?



Hinc demum descenditur ad Distributiones, qværiturq; v. g. *qvale* sit *Nomen?* *Substantivum;* an *Adjectivum?* &c. nisi forte ob *Genus cognoscendum*, prius istud aliquando qværi oporteat &c. In vocibus Inflexilibus, ratione ordinis nulla est difficultas.

## EXEMPLUM.

Psalm: XXXVII. 5.

Revela Domino viam tuam, & spera in eum, &  
Ipse faciet.

Revela] qvalis vox? Est verbum: qvia est vox flexibilis  
signific. &c. [pag. 60.]

Personæ Secundæ. Numeri Singularis.

Temporis Præsentis. Modi Indicativi.

a Themate seu verbo Revelo, præt: revelari, sup: reve-  
latum, infin. revelare, futur: indic: revelabo.

Conjug. Primæ: qvia habet infut. Ind. &c. [pag. 68.]  
ut revelabo.

Formæ in O, Activæ: qvia in O definit, & adjecta &c.  
[pag. 61.] ut revelo, revelor.

Figuræ Compositæ: qvia componitur ex præp. in-  
sep. re & a verbo, Velo, relavi, relatum, velare.

Speciei primitivæ: qvia a nulla alia vox &c. [pag. 9.]

Dominus] qvalis vox? Est nomen: qvia est vox &c. [pag.  
11.]

Casus Dativi. Numeri singularis.

A Themate seu Nominativo Dominus, Gen: Domini.

Declinationis Secundæ; qvia ejus genitivus &c. [pag.  
19.] ut Dominus Domini.

Generis Masculini: qvia nomina secundæ declin. in US  
Masculina sunt [pag: 21.] ut Dominus.

Figuræ simplicis: qvia in partes &c. [pag. 9.]

Speciei primitivæ: qvia a nulla alia &c. [pag. 9.]

ANALY-

**ANALYSIS**  
**Syntactica eo ordine instituenda:**

qværantur

1. Particulæ excitandi.
2. Vocativus.
3. Verbum secundæ personæ.
4. Nominativus. | Verbum Impersonale.
5. Verbum personale.
6. Causus obliqui | voces inflexibiles.

**EXEMPLUM.**

*Revela* ] Secunda persona Imperativi interdum sola usurpatur &c. [pag. 175.] Hic verbum *revela* secundæ personæ Imperativi modi, usurpatur solum, omisso vocativo *Tu*.

*Revela viam.* ] Activa verba omnia &c. [pag. 180.] hic verbum activum *revela*, adsciscit Accusativum *viam*.  
*viam tuam* ] Substant: & Adject: &c. [pag. 170.]

Hic subst. *viam*, cohæret cum adject: pronominali *tuam*, eodem genere, sœminino: numero singulari: casu Accusativo.

*Revela Domino* ] Qvodlibet verbum &c. [pag. 179.]

*Vive: vale: si quid novisisti rectius istis,*  
*Candidus imperti: si non; his utere mecum.*





Śląska Biblioteka Publiczna

222240

I

CIMELIA

S.

Min. Ołów. 507a — PLWS C850 X. 49

